2112

Recognoscens Generosa Salomea de Wegorzyce Hechwowa Mater sive eius Successores ad instantiam praefatae Religiosae Helenae in saeculo in Religione vero Rosae sui Recognoscentis filiae Monialis Conventus memorati Premysliensis Religiosarum ac Dedicatarum Virginum Monialium Ordinis Sancti Dominici, ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premysliense, ex tunc recessu suprascripto quo ad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio, stare, Iuri parere, respondere, vadium praefatum Luere, Inscriptioni praesenti satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur sequente ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus, illum Terminum primum peremptorium ergo aliis omnes exinde consequentes Causae eiusdem Terminos semper peremptorios, vera infirmitate, pro maiori, minorennitate Successorum, Legatione intra vel extra Regnum, servitio militari, ad Munimenta ad Exercitum, vel aliis quibusvis Dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem praeterea ultra proximos Officii praefati Castrensis Capitanealis Premysliensis Terminos Dilationem sibi non recipiendo, nullasque Motiones, Appellationes ac earum prosecutiones faciendo ac praemissa omnia per Iuris simplicatis vel triplicatis Evasionibus Suspensionibus fatalium Iuris praescriptione Terrestri bello Conventioneque ac aliis omnibus Iuris remediis et defensis non subterfugiendo nec mortificationis Recognoscentis eludenda Itac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Prominscyj Conges Scriptum
Hermanowskim Congib9 robort

Comparens

Comparentes personaliter coram Officio, et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Generosi Chrisostomus Prominski, et Marianna Catharina de Plesowice Fredrowna Coniuges legitimi sani mentibus et corporibus existentes, a Terris, Districtibus, Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusuis propriis et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni quoad Actum hunc attinet, se, cum Successoribus ac Bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo, palam libere, publice, ac per expressum recognoverunt, et quilibet illorum seorsim, suo proinde esse recognovit, Quia ipsi et quidem Consors cum eiusdem Mariti sui uti Tutoris Coniugalis personali assistentia et ultroneo ad infrascripta recognoscenda consensu, se ac suos Successores in et super Bonis suis generaliter omnibus Summisque pecuniariis quibusuis habitis et habendis inscribunt et obligant praesentibus, Scriptum certum manuale, per se Recognoscentes in rem et manus Generosorum Ioannis Hermanowski, et Magdalenae de Plesowice Fredrowna Coniugum legitimorum ratione certarum rerum et conditionum in eodem scripto manuali contentarum, de Actu et Data illius hic Premisliis Feria Quarta post Festum Sanctae Margarethae Virginis et Martyris proxima Anno praesenti confectum, conscriptum, et datum manu unius Recognoscentium nempe Generosi Chrisostomi Prominski Mariti suo et Consortis suae scribere ignorantis nomine, propria subscriptum in omnibus et singulis eiusdem Scripti manualis Conditionibus, punctis clausulis, articulis, Damnis Terrestribus, ligamentis ac nexibus in universum omnibus, eisdem Generosis Hermanowskim Coniugibus ipsorumque Posteris firmiter tenere, complere, exequi, ac inuiolabiliter observare, omnibusque et 704

2044

singulis eiusdem scripti manualis contentis tam in toto quam in quavis minima parte toties quoties opus fuerit satisfacere. Scriptum praefatum manuale ad Inscriptionem praesentem Roboratoriam et Inscriptionem praesentem Roboratoriam ad praedictum scriptum manuale vicissim in toto referendo. Idque sub Damnis Terrestribus simpliciter absque corporali iuramento taxandis et edicendis per eosdem Recognoscentes Generosos Praemislie Coniuges vel eorum Successores, supramemoratis Generosis Hermanowskim Coniugibus vel ipsorum Posteris ob noncompletionem contentorum scripti praefati manualis omnium et singulorum tam in toto, quam in parte toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendis. Pro quibus quidem Damnis Terrestribus simpliciter taxatis modo praemisso ad solvendum succumbendis, ac prout aliqua principalia ex contentis scripti eiusdem manualis non completa complenda, citati ex praesente memorati Recognoscentes Generosi Chrisostomus Premislski et Marianna Catharina de Pleszowice Fedrowna Coniuges legitimi sive eorum Successores, ad instantiam memoratorum Generosorum Ioannis Hermanowski et Magdalenae de Pleszowice Fedrowna Coniugum legitimorum, vel ipsorum Posterorum ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense ex tunc recessu suprascripto quoad respondendum spectat mediante semper in primo citationis Termino tanquam peremptorio stare, Iuri parere, respondere, Damna praefata Terrestria simpliciter taxata Luere, Inscriptioni praesenti satisfacere, ac omne iudicatum pati debebunt et tenebuntur, seque ac suos Successores ad eadem omnia inscribunt et obligant praesentibus, illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem Terminos semper peremptorios vera in firmitate, pro maiori firmitate Successorum, Legatione intra vel extra

Regnum servitio militari, ad munimenta, ad Electorem, vel aliis quibusvis Dillationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem praeterea ultra proximos Officii praefati Castrensis Capitanealis Premysliensis Terminos Dellationem sibi non recipiendo, nullasque Motiones, Appellationes, ac earum prosecutiones faciendo ac praemissa omnia Poenis simplicibus vel triplicatis, Evasionibus, Suspensionibus, fatalibus Juris praescriptione Terrestri, bello, Conventioneque, ac aliis omnibus Juris remediis et defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo, stante sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Feria secunda ante Festum Sanctae Mariae Magdalenae proxima. Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Primo

20/VII

Drohoiowski scriptum in re Drozdowskiego roborat.

1011

Comparens personaliter coram Officio, et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Generosus Christophorus Thomas in Drohoiow Drohoiowski Vexillifer Terrae Premysliensis, sanus mente et corpore existens, a Terris, Districtibus, Juribus, Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Jurisdictioni, quo ad Actum hunc attinet, se cum Successoribus ac Bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo palam, libere, publice, ac per expressum recognovit, Quia ipse se ac suos Successores in et super Bonis suis generaliter omnibus, Summis